

Alte Drucke

**VTILIS:||SIMA CONSVLTATIO DE || bello Turcis inferendo, &
obiter enar=||ratus Psalmus XXVIII. per || DES. ERASMVM
RO=||TERODAMVM. || Opus recens & ...**

Erasmus, Desiderius

Parisiis, 1530

DES. ERASMVS ROTERODAMVS Ornatiss.uiro D. Ioanni Rincko iuris
prudentia celebri S. D.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150570

DES. ERASMVVS ROTERODAMVS

Ornatifs. uiro D. Ioanni Rinco iuris prudentia celebri S. D.



Voniam cum tuis literis Ornatifs. uir nec eruditione, nec elegantia, nec humanitate mihi uidebar unquam paria facturus, huc induxi animum, ut quanto ceteris omnibus eram inferior, tanto uerborum copia uel turba potius superarem. Cuiusmodi tela ordiantur monarchæ uidemus omnes. De collegendis belli neruis solliciti sunt permulti, de ducibus & machinis nonnulli, de mutanda in melius uita, quod est totius negotij caput, & ad uniuersos ex æquo pertrahunt, uix quenquam uideo cogitare. Nec satis admirari possum, unde tantus stupor Christianorum animos occuparit. Quum tot plagis diuinitus admoneamur, ut & paucioribus sint afflicti Aegyptij, & mutiores sint quæ referuntur in Apocalypsi Ioannis, tamen plus quam Phryges, domini toties ad meliorem frugem prouocantis seueritate nihilo reddimur meliores, imò potius tanquam deplorata mancipia collecto aduersus uerbera callo, benignitate numinis abutimur ad peccandi peruicaciam, & aduersus misericordiam temporarijs malis nos inuitantis ad uitæ correctionem præfractiones euadimus. Bellis, latrocinijs, ciuilibus tumultibus, factionibus, expilationibus, pestilentijs, penuriæ, famæ, in tantum assueuimus, ut iam pro malis non habeantur.

beantur. Fecit Deus quod solent medici fideles, noua
 uit remedia, immisit inauditum & immedicabile lepre
 genus, quam nescio quare uulgus appellet scabiē Gal-
 licam, quum sit omnium gentium communis, percussit
 hominum genus ulcere uere pessimo. Tam horribile ma-
 lum adeò non docuit nos castimoniam ac sobrietatem,
 ut planè uerterimus in iocum. Nam eò res deuenisse ui-
 detur, ut inter aulicos bellos ac festiuos, quemadmodè
 sibi uidentur, homines, ignobilis ac rusticanus habeatur,
 qui sit ab hoc immunis malo. Quid hoc aliud est,
 quàm domino nos castiganti oppedere, mediumq; quod
 dici solet, digitum ostendere? Successit dogmatum irre-
 conciliabile dissidium, nec id sanè simplex, cui citra cō-
 trouersiam ansam ex parte non minima præbuerunt
 corrupti mores eorum quorum sale condiri debuerat
 populi stultitia. Nec qui traducuntur de corrigenda ui-
 ta cogitant, nec qui traducunt melioris uitæ specimē ex-
 hibent. Ac minimum abest, quin hoc quoque tam atrox
 rei Christianæ malum in fabulam ludumq; uerterimus.
 Quid est minarū quas Leuitici uigesimosexto, & Deu-
 teronomij uigesimo octauo ob uiolatū ipsius præcepta
 dominus intentat, quod in nos non inciderit. Tot iā an-
 nis quid non bellorum uidimus? Quæ caret ora cruore
 nostro? Quoties sensimus Turcicum gladium, ultorem
 uiolati fœderis quod cum deo pepigimus? Quod pesti-
 lentiarum genus non sumus experti, non minus in agris
 quàm in urbibus? ut fugere nihil aliud esset, quàm mi-
 tare periculo periculum? Baculum panis quoties sen-
 A 2 simus

Simus confractū? Quā multi sunt ubique qui comedunt
 panes ad pondus nec saturātur? Nuper in Italia regio=
 num feracissima, quā multi fame perierunt? Forta=
 se nullus adhuc comedit carnes filiorum ac filiarū sua=
 rum, sed tamen quid aliud quā mutuo laniatu uiui=
 mus omnes? Magnates expilant, rusticus quadruplo uē=
 dit sua, negociatores in immensum intendunt precia,
 opifices quanti uolunt locant operas. Vnusquisque do=
 lis & artibus circumuenit proximum suum. Vidimus
 desolata templa magnifica, confracta simulacra, sa=
 cerdotes exactos. Nōne pridem immisit in nos bestias
 agri uastantes omnia, quum rusticorum manus tanta
 licentia grassarentur? Nec illa maledictio deest nobis,
 quam commemorat Deuteronomium, Ducuntur uxo=
 res & alius dormit cum illis. Iam illa noua non sunt,
 nos facere sementem unde colligat alius, nos planta=
 re uineam unde non bibamus, recipere alienigenas qui
 nobis imperent. Nōne igitur deus ueluti frustra con=
 sumptis remedijs omnibus, loqui nobis uidetur per pro=
 phetam: Super quo percutiam uos ultra addentes prae=
 uaricationem? Non haec crudelitatis uox est, sed sum=
 mae misericordiae: Quemadmodum medicus paternum
 affectum gerens erga aegrotū discrutiatur animo quū
 uidet artes suas morbi uolentia superari. Charitas ta=
 men quae iuxta Paulum sperat omnia, non sinit, ut la=
 borantem pro deplorato conclamatoq; deserat, Dum
 anima, inquit est, spes est, excutit omnem ingenij uim,
 si quod insolitum, si quod efficax pharmacū possit ex=
 cogitare;

DE BELLO TVRCICO.

cogitare: Ita clementissimus dominus & humane salutis audiissimus inauditis remedijs nos sollicitat ad uitae castigationem. Inmisit morbum medicis omnibus ut incognitum ita immedicabilem, qui prodigioso rotatae capitis ac brachiorum' miserandis modis dissecabat uiros, foeminas, puellas etiam forma & etate florentes, adempta interim & mentis sanitate. Nec paucos arripuit diuersis in regionibus noua uel phrenesis, uel delirationis species. Nihil haecenus profectum est. Nuper nouum pestilentiae genus immisit, letiferum sudorem, quod Britannis exortum incredibili celeritate per orbem longe lateq; diuagatum est, plurimorum exitio, summo terrore omnium, uel quia nouum, ut à medicis minimum esset opis, uel quia paucis horis tollit quem arripuit, uel quia subinde repetit quē reliquit, uel quia pernici contagio latissime grassari solet. Agnoscas malum à clementi patre immissum, quod terrore sanaret potius, quàm interneatione perderet. Quid hoc aliud est quàm uox domini clamantis, agite poenitentiam, in stat regnum caelorum? In psalmis dominus uelut affectus tædio loquitur. Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi, semper hi errant corde. Nos & annorum numero, & plagarum atrocitate superamus Hebraeos, utinam non & duritia cordis semper ad deteriora uergentis, & cum arte studioq; medici pugnantis. Nec interim desinit clamare uox prophetica: Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Huiusmodi calamitates quibus subinde tægimur,

nihil aliud sunt, quàm uoces domini ad se reuocantis.
 Quemadmodum enim dominus pollicetur, lata seruati-
 bus legem, ita non minuitur mala, nisi legem asper-
 nantibus. Quir autem has calamitates immittat, sequi-
 tur eodem in loco: ipsi uerò rogabūt pro peccatis suis,
 et quòd abiecerint iudicia mea, et leges meas despe-
 xerint. Nec enim penitus abieci eos, neq; sic despexi, ut
 consumerentur et irritum facerem pactum meum cū
 eis. Agnoscamus igitur hæc flagella uoces esse domini,
 cupientis sanare nos non perdere, quemadmodum docet
 Psal. 28. Vox domini super aquas, hoc est populos,
 uarijs affectibus uarijsq; doctrinis huc illucq; fluctuā-
 tes. Deus maiestatis intonuit, dominus super aquas mul-
 tas, uox domini in uirtute, uox domini in magnificen-
 tia, uox domini confringentis cedros, uox domini in-
 tercidens flammam igneam, uox domini concutien-
 tis desertum, uox domini preparantis ceruos. Felices
 sunt in quibus hæc omnia agit uox omnipotēs domini,
 et agit nimirum in omnibus qui non obturāt aures su-
 as. Utinam uox domini nō intonet in uirtute, quo ter-
 rore salubri commoueat animos nostros ad poenitentia-
 m. Utinam sit in maiestate, ut omnis humana sublimi-
 tas semet illi submittat ad perfectam obedientiam.
 Utinam sit super aqueos animos nostros in quibus re-
 frigit charitas, qui dum ab unico illo bono decessimus,
 defluximus sicut aqua, fluctuātes humanis affectibus,
 circumacti quolibet uento doctrine. Utinam uox domi-
 ni colligat aquas in unum, et appareat nobis solida tel-
 lus fidei,

al. 27.

he. 4.

DE BELLO TVRCICO.

lus fidei, quæ cal facta sole charitatis pariat omne ge
 nus uirtutum. Utinam uox domini confringat in nobis Gene. 1.
 cedros, non quaslibet modo, sed & libani. Habet mun
 dus cedros suas, sed purpureas, habet Ecclesia cedros
 suas, sed dealbatas: Libanus enim Hebræis candorem
sonat. Has interdum erigit in altum ambitio, ferocia,
 ac mundanis quidem excelsæ uidentur, spargentes græ
 tum hominibus clari nominis odorem, & immortalita
 tem quandam meditantur, sed apud deum humi iacent
 odoris ingrati. Has cedros utinam confringat uox do
 mini, proq; his erigat oliuas frugiferas, quæ lumen a
lant in domo Dei. Eas nemo potest confringere, nisi ui
 tulus ille saginatus, quem patri pro nobis immolauit,
 solus omnium sine exceptione candidus, & filius rhino
 cerotis, id est Iudaicæ gentis, quæ spiritu uacua lite
 ram legis uelut unicum cornu torserat in Christum.
 Qui si per fidē gignatur in nobis, filius erit bicorniū.
 insignis ac dilectus, quādoquidem utrunque cornu ob
 uertemus non in ipsum, sed in affectus carnis. Utinam
 domini uox in nobis intercidat flammam ignis, qua tot
 iam annis undique cōflagrat orbis Christianus, simul
 tatum, odiorum, ambitionis & auaritiæ, quibus cupide
 tatibus toti rapimur in ea quæ sunt huius mundi. Incen
 dium inualuit, occupauit uniuersum mortalium genus,
 regnat flamma uictrix. Sola domini uox potest eam di
 uidere, sic ut præcipua pars ardoris feratur in Deū.
 quod superest in proximum, iræ, libidini, ambitioni, nū
 hil tribuatur. Ita fiet, ut dominus concutiat de sertū no
 strum

strum incultum, horridum, noxijsq; animantibus re-
 tum. Nam id purgari non potest, nisi domini uoce con-
 cussum. Habent uenatores cornua quibus feras è lu-
 stris excitent. Mala bestia est aper, sed peior est auari-
 tia. Mala bestia est ursus, sed peior est luxuria. Mala
 bestia est leo, sed peior est crudelitas. Mala bestia est
 uipera, sed peior est inuidia. Quòd si dominus sua uo-
 ce dignetur cōcutere omnes deserti nostrilatebras per
 ueram poenitentiam & cōfessionem, fiet ex sterili fru-
 giferum, ex obscuro lucidum, ex inuio peruium, proq;
 noxijs bestijs pariet nobis ceruos alatis pedibus, qui si-
 tiāt, non ea quæ sunt huius mundi, cumq; mundo præ-
 terfluunt, sed fontes aquarum salientium in uitā eter-
 nam. Tunc reuelabuntur nobis obscura saltuum, ac di-
 cussis prauis cupiditatibus quæ militant aduersus spiri-
 tum, resectis dogmatum dissidijs, ex deserto fiet tem-
 plum domino dicatum, in quo concordibus animis, ea-
 dem uoce, omnes instauratori suo dicent gloriam. Hæc
 omnia quo minus fiant, in culpa est non dominus, sed
 nos qui uelut aspidēs surdæ ad uocem domini sapienter
 incantantis obturamus aures, alteram admoventes ter-
 ræ, alteram cauda obturātes. Quia terrā amamus, nō
 audimus coelestia, quia scripturam ad carnis affectus
 detorquemus, etiam si quid audimus, nobis ipsi inutile
 reddimus. At, qui fieri poterit, ut nobis aperiantur au-
 res; nam & hoc dei munus est. Sacrificio placādus est,
 ut aures audiendi nobis adaptet, eoq; clamat: Adferte
 domino filij dei, adferte domino filios arietum, adfer-
 te domino

DE BELLO TVRCICO.

te domino gloriam & honorem, adferte domino gloria nomini eius, Adorate dominum in atrio sancto eius. Filij dei professione quidem sunt omnes per mysticum renati lauacrum, tametsi uox hæc peculiariter apellat eos qui in apostolorum uicem successerunt, hos alloquitur propheta: Si uere filij dei estis, adferte quod sitit, quod amat, ob quod assidue clamat dominus. Quid adferemus? filios arietum. Sitis ipsi arietes & idonei gregis dominici duces, imitantes principem pastorum Iesum, ut delictis in signum illum arietem, quem Abraham uidit hærentem in uepribus: ille semet immolauit patri, immolate & uos domino membra uestra, quæ sunt super terram, ut uestra doctrina, pijsque moribus offeratis agnos spiritui masculos, & arietum filios: offeratis autem non uobis, sed domino, cuius est grex. Pharisei obambulabant per mare & aridam, ut adducerent proselytos. Verum eos non offerebant domino sed sibi. Ita dilatanda est ditio Christiana, ut offeramus non canes aut sues, sed filios arietum, eosque non in nostram gloriam aut emolumentum uertamus, sed ut ministri fideles offeramus domino. Alioqui clamabit: Multiplicasti gentem, sed non magnificasti letitiam. Huic igitur terque quaterque adferte filij dei, filios arietum, non quærentes quæ uestra sunt, sed quæ Iesu Christi. Nodum attigit psalmus, unde propemodum omnis populi perniciēs oritur. Nec ea uox tantum pertinet ad primarios ecclesiæ ministros, uerum etiam ad principes mundanos. Talis enim fere populus est, quales sunt principes: quanquam interdum & ob populi me-

Iob. 34.

B

ritia

rita, dominus patitur regnare hypocritā. Quādoquidē
 nullus hypocrita perniciosior ecclesiæ, quā qui pastore
professus agit lupū, aut regē professus agit tyrannū.
 Omnis quidē hypocrisis inuisa est Christo ueritati, sed
 hac ut nulla nocentior, ita nulla deo inuisior. Ergo uos
 filij dei, fauete gloriæ dei, ac uestrum esse ducite, quic
 quid illius est. Si quid per uos agit dominus, ne uertat
 is in uestram superbiam aut quæstum, sed adferte do
 mino gloriā et honorē. Non hoc satis est, adferte glori
 am nomini eius. Amat hostias, sed in illis uult honorari
 suum nomen, quod impijs Christianorū moribus deho
 nestatur, & conuicijs afficitur inter gentes. Adorate
 dominum, nō opes, non imperium, non huius mundi pō
 pas, sed dominum. Quicquid nobis deo charius est, hoc
 adoramus pro deo. Vbi? Non solum in templis manu
 factis, quæ patent & pijs & impijs: sed in atrio san
 cto ipsius, hoc est in pura sanctāq; cōscientia. Nā hi de
 mū ueri sunt adoratores, qui in spiritu adorant domi
 num. Multi sunt ubique, qui lignū crucis adorant osae
 lo, qui ad Christi imaginem procidunt, qui ad eucharis
 tiā prouoluuntur, qui ad nomē Iesu flectūt genua: sed
 nō ita multi sunt, qui adorant illum in atrio ipsius per
 spiritum sanctum edificato. Id si fecerint monarchæ,
 si pontifices, si cæteri primates Reipublicæ, dominus a
 bun de effundet in populū gratiā suā, hoc est enī quod
 dicit sermo propheticus: Dominus diluuium inhabitare
 facit, & ipse semper nobiscum manens, sedebit rex in
 æternum. Beati quibus imperat ille rex, nec enim suos
 deserit

DE BELLO TVRCICO.

deserit in aeternum. Hoc protectore nō est quod metus
 populus, licet imbellis ac pusillus. Dominus ipse, uirtu-
 tem dabit populo suo: & si maledicat illi totus mūdus,
 cedes ac bella minitans, dominus tamen benedicet po-
 pulo suo in pace, quam mundus nec dare potest, nec au-
 ferre, nisi sibi quis auferat. Ne igitur obsurdescamus
 ad toties uocantem dominū, qui nunc denuo uocat nos
 per Turcarum lice t nō insolitam truculentia, et hoc in
 excusabilior est nostra surditas, quōd toties in clamatū
 nō expergiscimur. Gens barbara, obscurae originis,
 quot cladibus afflixit populum Christianum, quid im-
 manitatis in nos non exercuit? Quot ciuitates, quot in-
 sulas, quot provincias ademit Christiane ditioni: a qua
 ta latitudine in quantas angustias detrusit nostrae reli-
 gionis imperium? Iamq; procemua rerum eo spectare ui-
 dentur ut ni dextera dei protegat nos, breui quod reli-
 quum est orbis Christiani uideatur occupatura. Hec si
 fortuito gererentur, tamen Christi in pectoris esset
 unicuilibet membro dolēti totum rei Christianae corpus
 condolere: nunc uerō quum indubitatum, tā late pa-
 tens imperium non illis uirtute partū, sed nobis nostris
 ob merita nostra diminutum, nō solum ingemiscendū
 est omnibus qui fauent Christiano nomini, uerum etiā
 opitulandū est fraternarum nationum calamitatibus,
 quae prae terquam quōd ob religionis contuberniū om-
 nibus nobis cōmunes haberi debent, periculum est ne
 reuera fiant communes omniū. Tunc tua res agitur
 paries quum proximus ardet: imō tunc totius ciuitatis.

Psalmi fu

Turci

Barbari

Servi

nis

CONSULTATIO

res agitur, quum quamcunq; domum attigit incendiū.
 Opitulandum igitur, sed bisariam, si uere studeamus
 malum depellere. Parandum est quicquid ad tam diffi-
 cile bellum pertinet, sed prius illud parādum, sine quo
 nihil proficit apparatus ille. Frequenter armamota sūt
 in Turcas, sed haftenus parū successit nobis, siue quo-
 niam nō abiecimus ea, quibus offensus deus sic immit-
 tit Turcas in nos, quemadmodum olim Aegyptijs immi-
 sit ranas, cyniphes, & locustas: Siue quia uictoriae spē
 in nostris uiribus collocauimus, siue quia nō Christi ne-
 gotium egimus, sed aduersus Turcas animo Turcico
 pugnauius. Hortatur itaque res ipsa, ut de utroque
 apparatu nonnihil differamus, si prius nobis persua-
 sum fuerit Turcas non sua pietate, nō sua uirtute, sed
 nostra socordia potissimum hucusque creuisse. Primū
 enim Turcarum nomē adeo fuit ignobile, ut uix apud
 ullum ueterem reperiatur, nisi quod Plinius libro sex-
 to capite septimo inter Thussagetas & Arimphaeos,
 qui ad Rhiphaeos pertinent montes, commemorat Tur-
 cas, qui tum incoluerint, usque ad solitudines saxosis
 uallibus affines. Nec Pomponius Mela illos aliud quā
 nominat. Tanta erat illius nationis obscuritas, à qua
 profectos probabile est qui nunc per tot opulentas ac
 spaciosas regiones abitiose crudelitatis pomeria pro-
 tulerunt. Nominat illos & Cyprianus in libro de du-
 plici martyrio, ueluti iam tum Cesarei nominis deuot-
 tos hostes. Sūt eruditi quidā, qui pro Tuscis, quos Pto-
 lemaeus in Asiatica Sarmatia recenset, existimant legē
 dum Tur-

info
 & Cap. 2

DE BELLO TVRCICO.

dum Turcos siue Turcas. Quis enim scriptorum alius
Tuscos posuit in Asia? Sed de nomine non erit interim
controuersia: hoc genus hominum cuius immanitate tot
seculis affligitur & atteritur res Christiana, sicuti cō
plures autumant à maris Cassij littoribus in Persidē,
Asiamq; minorem eruperunt, idq; ante annum ab hac
etate nostra septingentesimum, nullo certo duce, sed
uagipalantesq; latrocinij uerius quàm bello provin
cias depopulabantur. His artibus exercitati, repperere
conductorem Machumetum Sarracenorum principē,
dignum, ut aiunt, patella operculum. Sub huius auspicio
cijs re semel atque iterum feliciter gesta à stipendiaria
seruitute ad imperium adiiciunt animum, adorti q; Sar
racenos Machumetum acie profligatum obtruncant.

Hic Turcici regni primordia. Summa rerum delata est
ad Trangolipicem Mucaletum, prius Turcarum du
cem: is accersita Turcarum aliorum manu, per nepo
tem Cucumetium inuadit Arabiam, per alterum nepo
tem Asanum Mediae regiōes impetit, aduersus Roma
nos cōsistiturum. Quum per neutrum nepotem res suc
cessisset, per Aleimum fratrem denuo Romanos inua
sit, quæ res quum illi nō prorsus infelicitè euenisset,
paulo post quæ sita aduersus Romanos occasione, Tran
golipix Asiam omnem ad Euxinum usque mare par
tim redigit in suam ditionem, partim depopulatur. Sed
rursum uirtute Gallorum res Turcica uehementer ac
cise fuerunt, donec existeret Othomanus ab hoc Soly
manno, qui nunc rerum potitur decimus iuxta quorū

CONSULTATIO

dam supputationem, uir obscuro loco natus, ac paren-
 tibus rusticis, sed ad latrocinia factus. Is per occasionē
 seditionū arripuit arma Turcica, nihilo mitior in suos
 quā in alienos. Hic circiter mille sinū trecentē sinū
 nostrae salutis annū exortus, intra annos uigintiocto
 non mediocriter auxit Turcicam tyrannidem, subacta
 maxima ex parte Bithynia, nec paucis ad Euxinum op-
 pidis ui captis. Huic successit filius Orchanes, qui dissi-
 dio Græcorum adiutus, Prusiam Græcis ademīt, ac
 primus in Europā traiecit, acātus à Cantauzeno, cui
 certamen erat cum Paleologis: ubi parricidio quoq; di-
 tionem auxit. Duxerat enim uxorem Caramani filiam,
 & soceri filio interempto magnam principatus eius
 partem occupauit. Et hic annos XXII. rerum potitus
 Ammurate filio tradidit principatum, qui sollicitante
 Paleologo, duodecim Turcarum milibus in Europam
 transportatis aduersus Bulgaros, & Peloponnesi prin-
 cipem re sat feliciter gesta ad Europeas opes animum
 coepit adijcere: dumq; simulat se Imperatoris hostes ul-
 cisci quemadmodum coeperat, Genuensium nauibus ad
 id suppeditatis, transmissis Helleponto, Abydum ado-
 ritur, Callipolimq; præter alias ciuitates occupat: mox
 Seruiam, Bulgariamq; ingressus occupata Hadrianopo-
 li, occurrentes hostium copias ingenti clade profligat,
 Lazaro Seruiae principe cæso, à cuius seruo mox ipse
 occiditur Ammurates, relictis duobus filiis: quorū Pa-
 zaites Solymantum fratrem dolo necat, mox interfe-
 cto Bulgarorū principe maximam eius ditionis partem
 sibi

DE BELLO TVRCICO.

sibi uindicat: hoc successu rerum inflammator, Bosniā,
 Croatiam, & ultiores Illyrici partes uastat: Cōstan-
 tinopolim obsedit annis octo, facile expugnaturus, nisi
 si Gallorum & Vngarorum exercitus ab instituto re-
 uocasset, quibus ad Nicopolim occurrens, profligatis
 hostibus ad intermissam obsidionem redijt, pressitq; biē-
 nium, nec uidebatur relicturus, nisi nunciatū esset Tā-
 berlanem Scytharum prināpem ingenti multitudine in
 Turcarum terras irrupisse. Cum hoc confligit ad Stel-
 lam montem, in Galatiæ Bithyniæq; confinio: sed in fe-
 liabus auspitijs, quandoquidem in eo prælio cæsa feriū-
 tur ducēta Turcarum millia, Pazaites captus, aureis ca-
 tenis in cauea uinctus, à Tamberlane circumlatus fuit
 se dicitur ad extremum usque uite diem. Hec acta sūt
 arāter annum mille sinum trecentē sinum nonagesimū
 septimū. Ex liberis quos reliquerat Pazaites, Macho-
 metes Orchane fratre per insidias sublato, Turciam
 rem occupat solus qui receptis quæ Tamberlanes abstu-
 lerat, Bulgaros & Vlachos populatus, Hadrianopoli
 regiam constituit. Machometæ successit Ammurates fi-
 lius. Is adortus Mysiæ principem, duos illius filios exo-
 culat, ac mox horum sororem duat uxorem, his auspicijs
 fretus in Vlachos, Vngaros, & Germanos incur-
 siones facit, mox in Epirum uersus, Croiam armis ca-
 pit, Venetis Theſsalonicam admit. Interim ab Vngaris
 ingenti pugna uictus, decennales ab his inducias petit
 & impetrat, quibus hortatu pontificis Eugenij uiolā-
 tis, Vngari repetunt Ammuratem, uerum ingenti no-
 strorum

Palatin
 à Tam
 lane ca

Amur
 ab vng
 victus

CONSULTATIO

strorum clade. Nam in uno praelio, quod ad Varnā cō-
 missum est, periere Ladislaus rex Poloniae, et Iulianus
 Card. In altero quod ad Basila fuit, cæsi nō pauci prin-
 cipes Vngariae, milite gregario ad internicionē extina-
 cto. Nostrorum ducum tum ambitio, tum dissidia, uictō-
 riam tradidere Turcæ. Mox fratrum discordia Pelopō-
 nesum illi tradidit, tandem dum Epirum quæ defecerat
 vindicat, dum Croiam frustra oppugnat, animi dolo-
 re perisse dicitur, rerum potitus annis trigintaquatu-
chime or: cui successit filius Machumetes qui inexplebili rapa-
 citate maiorum suorum tyrannidem obscurauit. Duo
 Christianorum imperia, Constantinopolitanum et Tra-
 pezontium subuertit, regna duodecim Christianis ade-
 mit, ciuitates ducentas cepit. In his erat Chalas insula
 & Scodra, quondam Venetorum ditio. Capham Ponti-
 cam urbem expugnauit, Rhodon insulam tentauit, licet
 irritō conatu. Hydrunte expugnato, arma mouit in
 Italiam, eamq; triennio misere uexauit, tanta omnium
 consternatione, ut Sixtus pontifex deploratis rebus re-
 licta urbe apostolica, fugam in Gallias adornaret.
 Mox in filiū natū maiorem bellū atrox moliens periit.
 anno millesimo quadringentesimo octuagesimo primo.
 Hinc inter fratres parricidiale certamen de prināpa-
 tu, sed uictō maiore Zizimo, Pazaites rerum summā
 tenuit. Hic Sultanum Aegyptium bello frequēter ad-
 ortus, rem infeliciter gessit, ut Turcæ foedus cum ho-
 stibus inire coacti sint. Dehinc anno 1492. Cerau-
 niorum montium acclasiuadit, easq; gentes ad eum
 usque

DE BELLO TURCICO.

usque diem semper liberas in Turciam pertraxit seruitutē. Septimo ab hinc anno, classe inuectus, Methonem, Naupactum, ac Dyrachium Venetorū adimit ditioni. Quin et Forouliensium agros Turcæ crudelissime uastarunt. Paxaitæ regnum occupauit filius Selimus, patre depulso, Selimo, siue ut alij malunt zelimo successit Solymannus, nihil à maioribus degenerans. Vnde uerò quā illis fuerit felix impietas, dum nos ueræ pietatis studium abijcimus. Nos inter nos sine fine de qualibet ditiuncula bellis plus quā ciuilibus digladiamur, et interim Turcarum latrocinium uerius quā imperium, quā late porrectum est. Ad septentrionem pontum Euxinum attingit, ad oriētem Euphrate fluuius terminatur. Ad meridiem Aethiopia. Nam intra paucos hosce annos, totam Aegyptum ac syriā unā cum Phoenice et Iudæa Palestina subegit. Ab oasu ad Ionicum mare pertinet. Hinc si ad Septentrionem redeas, Danubium attingit, imò limitem hunc longe transiit, ad Borysthenē usque fluuium. Nunc mihi spectata quā uariam, quā spatiosam et opulentam ditionem hic ambitus complectitur. Tota Asia minor, duodecim non minus nationes continens: Tota Thracia, in qua est Constantinopolis prius dicta Byzantium, olim Christianorum Imperatorū, nunc Turcarum regia: Duæ in Europa Mysiæ ad flumē Danubium, magna Dacie portio, tota Macedonia, totaq; Græcia cum omnibus Aegæi maris insulis, quæ partim Sporades, partim Cyclades appellantur, sub Turcarum imperio duram seruitutem

C

seruiunt,

feruunt. Cretam nunc vulgo Candiam, Cyprumq; du-
 a nobilissimas mediterranei maris insulas Veneti ha-
 stenus utcunque tenent, sed, ut accipio, tributarias.
 Hæc utcunque per transennam ostensa, si quis expli-
 cet, quot olim opulenta regna, quot celebres ciuitates, nō
 tam pressas quā extinctas comperiet? Quid nunc est il-
 la quondam beata Pelopōnesus? Quid nobile totius or-
 bis emporium Corinthus? Quid Attica quōdam obmo-
 rum elegantiam Græciæ Græcia dicta? Vbi nunc inge-
 niūm parēs, et optimarum disciplinarum alitias A-
 thenæ? obscurus uicinus ostēditur, sic tamē ut de nomine
 prorsus ambigatur. Vbi Lacedæmonia quæ sola gigne-
 bat mafulos? Quid hic pergā ea cōmemorare quorū
 adeo recens est memoria, ut ipse res etiamnum oculis
 atque auribus auctisq; sensibus omnium inhereant,
 Rhodum captam, quid toties cruentas inuersiones fa-
 ctas in Vngariam, quid extinctum Lodouicum Vnga-
 riæ regem, quid hoc anno totam Vngariam crudelissi-
 me occupatam, depulsum regem Ferdinandum, plus quā
 hostiliter oppugnatam Viennam, incredibili immanitate
 uastatā Austria ulteriore totā. Sūnam rerum obiter in-
 dicaui, quid si quis enoluat singula? quā truculentas cla-
 des nostras, quot Turcarum uictorias, nostra dāna lu-
 ctusq; reperimus? Ac fortasse iā omnes Turcæ serui-
 remus, nisi terræ filius exstisset Sophis, qui Turcarū
 inexplebile rapacitatē aliquā ex parte cohibuisset. Nisi
 piram feliciter illis cecidisset Martis alca cum Sulta-
 no Aegypcio, nisi domesticæ inter ipsos seditiones cru-
 delitatis

DE BELLO TURCICO.

delitatis in nos impetum aliquantulum fuissent remota. Vnde igitur illis tantus rerum successus? Si gentis originem requiras, summā reperiēs obscuritatē cū summa barbarie cōiunctam. Si imperij primordia, occurrīt mercenarius miles, occurrīt nefaria perfidia trucidatus princeps in cuius uerba iurant. Si progressum queras, cōperies rē crudelitatis partā, latrocinij auctam, cōperies funesta cōiugia, cōperies impta fratrum pericidia, patres à liberis regno depulso, cū perfidia cōiuncta crudelitatis exēpla, ut nihil interim dicā de religione & moribus. Regnant irato deo, pugnat aduersum nos sine deo, illi Mahometem habent propugnato rem, nos Christum. Et tamen quā late propagarint tyrannidem res ipsa loquitur. tot ditionibus excussā, magnāq; Europe parte amissa, de tota periclitamur. Quis enim nescit quā facilis genti Turcarum terra pateat ad nos aditus? Quū enim utraq; teneant Mysiam, superiorem & inferiorem, ad flumen Danubiū, regiones Thraciæ uicinis, non difficilis per hoc flumen ad nos patet aditus. Dalmatas & Illyrios eadem uicinitate habet obnoxios, ne quid dicā de Pannonia quam toties impetijt. Mari uerò toti imminet Italiæ, præcipue uerò ab Epiro, Siciliæ ac Neapolitano regno. Hydruntum extremum Italiæ oppidum adhuc tenet, Brundisium aliquando tenuisse dicitur. Nūc prelusit in Austriam, quorsū eua sura deus nouit. Et ubi interim dormierūt illa bello nata Germanorum pectora? An pietati Turcarū hic successus tribuetur? Nequaquā. An uirtuti? Ges-

CONSULTATIO

est effœminata luxu, nec alia re quã latroanijs formi-
danda. Quid igitur cause? Nostris uitijs illi debent su-
as uictorias, pugnauius aduersus illos, sed ut res ip-
sa clamat, irato deo nostro. li sdem enim studijs arma
mouemus in Turcas, quibus illi ditiones alienas occu-
pant. Trahimur regnandi libidine, inhiamus opibus, et
ut dicam in summa, Turcæ pugnamus cum Turcis.

Quin ipsa rerum gestarũ historia satis indicat, nostris
disidijs, nostra ambitione, nostratium perfidia grauif-
simis cladibus semper fuisse datum locum. Paleologi
cum Cantacuzeno implacabile disidium Turcis adiutũ
aperuit in Europam. Iusiurandũ autore Eugenio mo-
latum nos in funesta prœlia cõteat. Siquidẽ ex hosti ser-
uanda fides. Nec mediocrium malorũ nobis causa fu-
it Zizimus Pazaita frater ueneno perẽptus, qui bello
captus à Rhodiensibus quũ in Alexandri sexti põtifi-
cis manus uenisset, Carolo Gallorũ regi postulati da-
tus est, sed prius dato ueneno, quo mox periit priusq̃
Mediolanũ peruenisset, si modo non fallit publica su-
spicio. Si ipsi cõcordes, si purgatis animis sub uexillis
Christi, illius unius auxilio freti, legitime bellum gessis-
semus cũ Turcis, haud quaquã in tã angustũ esset cõ-
tracta ditio Christiana. Sed his de rebus suo loco co-
piofius. Interim mihi paucis rixandũ est cum duplici ho-
minũ genere, quorũ alteri perperã ad bellũ Turcarũ
inflãmati sunt, alteri perperã dehortãtur ab armis in
Turcã mouedis. Nã utriq; mihi uidetur diuersa quidẽ
ratione, sed pariter tamẽ peccare. Vt enim nõ omne cũ
Turcis

Timus

cordia

per em

chia susa

notum

lun

ur / y

cas

DE BELLO TVRCICO.

Turcis bellū legitimū ac piū est, ita inādit ubi obfiste-
re Turcæ nihil sit aliud quā prodere rē Christianā im-
manissimis hostibus, ac fratres nostros illorū indigna
seruitute pressos deserere. Quum imperita multitudo
Turcarū nomē audit, protinus concipit animo graues
iras & ad cadē inflāmatur, canes & Christiani nomi-
nis hostes illos uoāferātes: nō reputās illos primū esse
homines, deinde semichristianos, nec expēdēs an legiti-
ma sit belli causa: postremo, an expediat arma capere,
& hostē laessere trualetius seuiturū: nec cogitās nul-
los esse perniciosiores ecclesie hostes, quā ipios prinā-
pes, præcipue sacros: postremo nō animaduertēs inter-
dū deū nostris sceleribus offensum ad emēdandos nos
abuti barbarorū immanitate. Atq; interim pingūtur no-
bis exēpla Turcicæ crudelitatis. Atqui ea res nos admo-
nere deberet quā ægre sit omne bellū cū quoquā susci-
piendū. Nā hic est oīm bellorū cōmunis ludus, quibus
Christiani cum Christianis tot iā annis impie cōflicta-
mur. Execramur in tabulis immanitatē, sed asperiora
patrata sūt in Aspera, nō à Turcis, sed à nostratibus
plerisq; etiā amicis. Nimum recēs est eius calamitatis
memoria, nihil est necesse ut hoc hucus refricē. Ergo
si talia picturarū argumēta nobis uere displicēt, abij-
ciēda est nostra temeritas, qua tā facile procurrimus
ad arma. Crudelius enī est, quod Christiani faciūt Chri-
stianis, etiā si sint quæ fiūt paria. Quale uerō spectacu-
lū esset, si in tabulis expressa subijcerētur oculis homi-
nū, quæ annis quadraginta Christiani patrarūt ī Chri-

stianos? Tantum aduersus eos, qui nihil aliud clamāt q̄
 bellū in Turcas, bellū in Turcas. Nūc cū illis agā qui
 in diuersa peccāt partē, errore fortassis speciosiore,
 sed nihilo minus pernicioso. Sunt enim qui in totū exi-
 stimant Christianis interdictū bellādi ius, quā opinionē
 arbitror absurdiorē quā ut sit refellēda: tametsi nō de-
 fuerūt qui hinc mihi calūniam struerent, quōd in luau-
 brationibus meis plurimis sim in laude pacis, ac bello-
 rū detestatione: sed mea legunt integri, uel tacente me
 perspicuū manifestā sycophātie imprudentiā. Docceo
bellū nunquā suscipiendū, nisi quū tētatis omnibus ui-
tari non potest, propterea quod bellum suapte natura
res sit adeo pestilens, ut etiā si a iustissimo principe, ius-
sissimis de causis suscipiatur, tamen ob militū ac ducū
improbritatē, ferē mali plus adferat quā boni. Plus au-
tem est diuus Bernardus, qui mundanā militiā appellat
malitiā, mundanā autē appellat, quoties ābitio, ira, aut
prædespes ad arma prouocat: ibi qui cadit, inquit, pe-
rit in æternū, qui occidit et uincit homicida. Nunc cum
 his ago quibus placet Lutheri dogma, quo censet eos
 qui belligerātur cū Turcis, rebellare deo, per illos no-
 stra scelera castiganti. Eā sententiā huiusmodi elogio
 notarūt theologi Parisienses. Hæc propositio uniuersa
 liter intellecta est falsa, nec sacris eloquijs cōformis.
 Falsitatem impingunt nō hærēsim, nec simpliciter dam-
 nāt, sed in uniuersum negāt esse uerā. Sentiētes ni fal-
 lor, pro causæ circūstatijs bellū interim recte cū Tur-
 cis suscipi, interim secus. Quod autē ad scripturas at-
 tinet,

DE BELLO TVRCICO.

tinet, extra controuersia est olim Hebraeos autore deo
 cruenta bella gessisse cum Allophylis quin ipsum etiam Mo-
 sen auxiliatibus Leuitis. 23. millia sue gentis trucidasse,
 ob uitulum coflatile. Sed hic dubitabit aliquis an hoc
 ius trāsierit ad Christianos præsertim quum Hebræi fe-
 re non nisi peculiari iussu numinis bella susceperint. Ce-
 terum si quis in totum Christianis adimat ius belli, idem ma-
 gistratibus oportet adimat ius puniendi nocetes. Nihil
 enim est aliud bellum, quam punitio multorum per multos,
 si maleficiū alia ratione corrigi non possit. Sed euāgelii
 um licet adulterā dimiserit, nusquam tamē legitimū ius
 admittit magistratui, tametsi nusquam aperte cōprobat.
 Ceterum Paulus gladium, qui portatur ad uindictā malo-
 rum, laudē bonorum uidetur approbare. Quod si quis ter-
 giuersetur Paulū illic loqui de magistratu ethnico, cui
 uoluerat à Christianis obtēperari, ne scandalū prabe-
 ret euāgelio si uiderentur reipublice statū et ordinē
 perturbare: respondēri potest, quoniā nec inter Christia-
 nos aliter potest seruari reipublice tranquillitas, opus
 esse prophanis magistratibus, qui metu mali cohibeāt
 scelerosos, qui legibus ac monitis non obtēperāt. Quam
 potestatem si cōcedimus magistratui, belli quoque ius Mo-
 narchis cōcedamus, oportet. Quāquā illud certissimum
 arbitror omnia tentanda potius quā inter Christianos
 bellum oriatur: nec prorsus suscipiendū, nisi frustra cō-
 sūptis omnibus remedijs uitari non possit etiā si causa
 sit, tum grauissima, tum iustissima. Nam si libido dominandi,
 si abitio, si priuatus dolor, si uindictæ cupiditas bellum
 persuasit,

CONSULTATIO

persuasit, latrocinium esse constat non bellum. Et quamquam Christianorum principum precipue partes sunt bella gerere, tamen non oportet re omnium periculosissimam suscipere, si ne ciuitatum et patrie consensu. Quod si necessitas incutibilis huc hortatur, ut omnino bellandum sit, Christiane maiestatis sicut est, uiribus totis adniti, ut bellum quam minime multos corripiat, et quam potest minima sanguinis iactura quam occisissime finiatur. Laudatur enim hoc nomine Theodosius imperator, et laudatur a uiro laudatissimo Ambrosio, quod a communione sacramentorum abstinuerit, eo quod hostibus in bello caesis uictoria cruenta contigisset. At qui Romani pro numero caesorum hostium, statuas ac triumphos splendidiores decernebant. Nec Ambrosius qui factum hoc predicauit in Theodosio, bellum qualibet necessarium iustitiae probat, nisi ad sit animus religiosus, tota uictoriae fiduciam in deo collocans, nec aliud spectans quam reipublicae tranquillitatem. Quidam nobis percontantibus qui consistere possit res publica Christianorum, si nulli sint qui legibus et armis protegant, mutua percontatio respondere solet, quomodo subsistit et creuit res publica Christiana, quum nec magistratus haberet. prophanos, nec arma, nec tormenta: uerum ut talibus iniuriis expediebat exoriri ecclesiam, ita nihil necesse est ut perpetuo sit idem rerum status. Creuit miraculis, quae nunc requirenda non sunt. Quamquam ecclesiae tranquillitatem tunc temporis utique quae tuebatur ethnici magistratus, neque enim cuiusquam liceret Christianum occidere. Porro quod attinet ad Lutheri rationem, si ideo non est periculum Turcis obsistere, quod per illos

per illos deus castiget suorū male facta, nec in morbis
 licebit accersere medicos, quod deus & morbos immit-
 tat ad purgationē suorū. Quin ad idē abutitur Sata-
 næ malicia, cui tamē iubemur resistere. Fas est igitur
 & Turcas depellere, nisi Deus euidenti signo id fieri
 prohibeat. Quanquā si nos ad bellū extimulet, nō re-
 ip. Christianæ trāquillitas, sed latius regnandi libido,
 aut opum cupiditas, aut similis aliqua causa, aut si no-
 stris freti uiribus magis quā dei præsidio cū illis con-
 gredimur, aut si præter cōuenta, liquet bellū irato deo
 suscipi. Addā & illud: Si deus toties in nos imittit Tur-
 cas, ut ad uitā emendatiorem prouocet, nosq; paramus
 arma, nec ea corrigimus quibus offensus deus nobis im-
 mittit barbarorū immanitatē, infelicibus auspicijs bel-
 lū geremus, quod hactenus euenisse perspicimus, uere-
 orq; ne in posterū atrociora uideamus, nisi toto pecto-
 re cōuertamur ad dominū, eiq; sacrificium offeramus
 quod nobis ostēdit psalmus. Sed obijciūt aliqui, ut fas
 sit Christianis aduersus Christianos bellū gerere, ad-
 uersus Turcas nō licet, quod Paulus neget esse suum
 de his qui foris sunt iudicare, satis habere si de his qui
 intus sunt, iudicet. Sed Turcæ foris sunt, nec ad ecclesiā
 pertinent. Quod si nobis fas est occidere Turcas,
 quur olim ecclesia, non armavit se aduersus gen-
 tes tam immaniter scēuientes in professores Christia-
 ni nominis? Atqui Augustinus ne tum quidem id fieri
 uolebat, quum nostri numero & opibus essent illis
 superiores, intercedēs etiā pro quibusdā qui Christia-
 nos occiderāt, ne per Imperatorē afficerētur supplicio:

CONSULTATIO

nec aliam adfert causam, nisi quòd ea ratione marty-
rū esset obscuranda gloria. Legimus Imperatores ido-
lolas crudelissime seuisse in fortunas & corpora
Christianorū, sed Christianos armis se tutatos, aut uindē
etā molitos nunquā legimus: Vnico fugę presidio sunt
usi, quod illis dominus indulserat. Quanquā nō desūt
autores, quorū est Tertullianus, qui censcāt fugā nō
simpliciter cōassam, sed ad tēpus diuino quodā cōsilio
permissam, ut quoniā pauci adhuc erāt Euāgelicę do-
ctrinę pręcones, illorū fuga latius spargeretur Euā-
geliū. Quo per orbē disseminato, fugere negandi ge-
nus erat: Quòd si fugere nō licet, minus licet ad arma
procurrere. At Christianorū uulgus pperā existimat,
cuius liare Turcā nō aliter occidere, quā canem rabi-
dū, nō ob aliud nisi quia Turcā est. Quod si uerum es-
set, liceret cuius occidere Iudęū, quod tamē si quis au-
deat, nō effugeret pœnā legū ciuiliū. At magistratus
Christianus Iudęos punit, si quid delinquāt aduersus le-
ges publicas, quibus sese submisserūt, ob diuersam reli-
gionē nō occidūtur, cō quòd religio Christiana suade-
tur nō cogitur, & inseritur nō obtruditur. Hoc autē
ius quo puniūtur Iudęi quēadmodū & Christiani, ha-
bebant olim ethnici prināpes in Christianos, et nūc ha-
berēt Turcę, si, quod deus auertat, sub illorū ditiōe le-
gitime uiueremus. Proinde misere se fallūt, qui se cre-
dunt rectā subuolatueros in cælū, si cōtingat in prelio
aduersum Turcos cadere: nisi pura sit cōscientia, nec
si pro Christo ceruicē porrigas ad idololatriā uocāti ty-
ranno,

DE BELLO TVRCICO.

ranno, in cœlū peruenies. Porro tāta fuit priscorū ec-
 clesie præsulū mā suetudo, ut ne relapsos quidē Iude-
 os uellēt plecti supplicio capitis. Id perspicuū est ex di-
 stinctione de consecratione. 4. cap. pleriq; ex Iudeis.
 Quū enim Si senādus rex comperisset multos Iudeos,
 qui detestati priorē impietatem professi fuerāt fidem
 Christianā, nō solū relapsos in ueterē blasphemā, uerū
 etiā abominādos ritus Iudaicos exercere circumcisis li-
 beris ac seruis suis: Cōsuluit ecclesie præsules, quibus
 modis hoc immāne scelus corrigendū esset. Responsum
 est illi ex decreto cōālij Toletani deāni. Tales Iudeos
 pōtentiali auctoritate correctos ad cultū Christiane digni-
 tatis reuocādos esse, ut quos propria uolūtas nō emē-
 dabat, animaduersio sacerdotalis cohereret: liberos a
 parentū cōsortio separādos, seruos pro iniuria corpo-
 ris libertate donādos. Iā cōstat sacerdotes nullū habere
 ius occidendi quēquā. At nūc blasphemia in Christū ac
 uirginē matrē, etiā sine relapsu punitur supplicio plus
 quā capitali, et in hæreticū errorē prolapsus traditur
 incēdio, etiā si nō accedat crimē blasphemie. Berēgaria-
 us autē in tā abominandū errorē reuolutus adeo non
 est occisus, ut nec archidiaconi dignitas illi sit adē-
 mpta. Exurit̃ur et Christianus in paganismū reuolutus.
 Sed iustus erat Iudeū exurere, quā^{lūm} adulta etate, ca-
 thechismo edoctus, spōte Christū professus est, quā
 qui infans et insciēs baptizatus. Hæc cōspectāt, nō
 ut reprehendā hodiernæ cōsuetudinis seueritatē, for-
 tasse necessariā, sed ut ostendā ecclesiā quo magis uir-

gebatin ea germana pietas, hoc magis à bellis & ca-
 -pitalibus supplicijs abhorruisse. Diuus Ambrosius pro-
 bat in Cesare quòd barbarorū incursionē ab Italia de-
 pulerit, nec aliter probat nisi cū fide & religionis a-
 more sumantur arma: quanquā inquit, hoc nō est euan-
 gelicæ perfectionis. uides quā circūspecte, quāq; con-
 tanter bellū approbarit. Verū ut omne gladij ius pro-
 phanis principibus ac magistratibus adimere, nihil ali-
 ud est quā uniuer sum reip. statū subuertere, ciuiumq;
 -fortunas ac uitā facinorosorum audaciæ prodere, ita
 nullo bono exēplo fieri potest, ut sacerdotes nō dicam
 bellū gerant ipsi, sed bellicis negotijs implicētur. Deo
 militāt, nec implicari debent secularibus negocijs. Bel-
 lū autē adeò res est secularis, ut propemodū sit ethni-
 ca, quod si fas est sacerdotibus preliari, fas sit & car-
 nificē agere. Nunc quū pontificū cōstitutiones arceant
 sacerdote à medicādo, qua frōte admittitur ad bellū.
 dum, cū medici studiū & ars sit seruare, bellatoris oc-
 cidere? Exemplū autē de depellendis morbis nō per om-
 nia cōgruit rei propositæ. Nā pharmacis uitæ, cū nullius
 iniuria dānōue coniunctū est, at qui bello rē gerit, sic
 ab sese depellit iniuriā, ut alijs moliatur exitiū. Quòd
 si bellū parū iustis de causis suscipitur, aut secus quā
 oportet geritur, nihilo magis probandū est, quā si quis
 morbū maleficis artibus depellere conetur. Quin et il-
 lud in disquisitionē uocatur, an qui sibi male consāus,
 agnoscit morbū ab irato deo immissum, fas sit cōcessis
 remedijs morbū propellere, quū interim hereat in pro-
 posito

posito eadē perpetrandi quā perpetrauerat. Videtur enim manifeste repugnare diuinę uolūtati: Sed ut hoc donetur licere cuiq; secundū primū naturę ius, suā tueri incolumitatē qualicūq; spe correctionis, etiā si obcuratā ualetudinē nō incurrat nouū crimē, tamē constat illū grauissime peccare, quòd dei misericordiā ad emendationē uitę sollicitātis respuit, se seq; in summū discrimē cōijcit, ut nō modo nō leuetur morbo, sed grauius etiā malū sibi accersat. Nā arbitrari medicorū arte morbū depelli posse inuito deo, extreme impietatis est. In simili statu sumus, si quū agnoscamus nos Turcā rū incurſionibus ad uitā emendatiōrē, ad mutuā concordia sollicitari, tamē in sceleribus nostris persistētes, existimamus nos irato deo, uiribus nostris calamitatē posse depellere. Quòd si uiolata fide uisurādi fœderūq; Turcas laceſsimus, perinde facimus ac si agrotū remediū nō à medicis, sed à maleficis petamus. Proinde quēadmodū fidele cōsiliū dederit agroto, qui illi suadeat ut inprimis se deo recōciliet, agnoscatq; dei manū quā pro meritis mitiorē, imploretq; dñi misericordiā sumpto proposito uitę correctionis: ita salubre cōsiliū nūc dederit Christianis principibus qui suadeat illis, ut priusq̃ ad arma procurrāt, ea submoueāt, quibus offensus deus Turcas toties nobis immittit. Alioquin si nobis nostris uiribus promittibus uictoriā, quid aliud quā nosipſos fallimus, ac numinis irā magis ac magis in nos exacerbamus, deo repugnātes uerius quā ipſis Turcis? Non est autē necesse, ut ea cōmemorē, quę

CONSULTATIO

deum auertunt à nobis. In se quisq; descēdat, ac domū
reperiet affatim. Cōclusit rur sus deus omnia sub pec-
catū, ut oīm misereatur. Alius alijs laborat uitijs, alius
apertius malus est, alius tectius: Omnes tamen ege-
mus dei misericordia. Quæ tamē præcipua sūt et cui-
dētissima, maxime diſimulatur. Quæ sūt illa? Vtinā in
pauciores caderēt quæ dicturus sum inuitus ac dolēs,
utinā in nullos. Ecclesiæ pastores immane quātū dege-
nerarūt ab archetypo suo. Quā hic omnia uitiarūt ti-
nearū pessime, ambitio quæstusq;. Dein quot annis ui-
dimus externos principes irrecōciliabilibus odijs inter
se decertare? Pro Helena decēnio bellū actū est inter
Græcos ac Troianos. At pro Helena Mediolano quāto
diutius cōflictatū est? Quid malorū nō est passa Italia?
Quibus nō malis afflicta est Gallia? Flēt etiā uictrices
regiones. Belli quod nobis tot annos fuit cū Gbelrijs
mysteriū satius est non attingere: nimirū est quod sensi-
mus: ac ne singula persequar, quæ regio superest ubi
nō incredibili rerū caritate premitur tenuis plebecula?
Vbi nūc ueræ fidei, ubi Christianæ charitatis, ubi pa-
cis et cōcordiæ uestigia? Quo nunquā seculo plus lia-
it, fraudibus, audaciæ, rapinæ et imposturis? Et inte-
rim ceu germani Christiani Turcas detestamur. Si no-
bis succedere cupimus, ut Turcas à nostris ceruicibus
depellamus, prius teterrimū Turcarū genus ex animis
nostris exigamus, auaritiā, ambitionē, dominādī libidi-
nē, nostri fiduciā, impietate, luxū, uoluptatū amorem,
fraudentiā, irā, odiū, inuidiā, et his gladio spiritus
iugulatis

DE BELLO TVRCICO.

iugulatis sumamus animū uere Christianū, atq; ita si
 res postulet sub uexillis Christi, militemus aduersus
 Turcas homines, & eodem propugnatore uincemus.
 Hoc enim promisit in Leuitico, sed legem seruātibus,
persequimini inimicos uestros & corruet corā uobis:
persequetur quinq; de uestris centū alienos, & centū
de uobis decē millia. Tū aut fuerit Christo gratissimus
 triūphus, si hoc egerimus, nō iā ut illos occidamus, quā
 ut eos in religionis ac pietatis consortiū adiungamus.
 Tales uictorias amat qui gaudet seruatoris cognomi-
 ne, qui sic occidit ut uiuificet, sic uulnerat ut sanct. Piū
 deoq; gratissimū est homicidiū, sic iugulare Turcā, ut
 existat Christianus, sic deicere impiū ut exoriatur pi-
 us. Hic igitur sit scopus unicus, hoc precipuū studiū,
 ut Christi ditionē augeamus potius quā nostrā. Alio-
 qui iugulare Turcas, quid aliud est, quā orco litare?
 Possidere quod Turca possidet, imperare quibus impe-
 rat, nec aliud spectare, superbiores nos & auariorcs
 reddere poterit, feliciores nō poterit: ac periculū fue-
 rit, ne nos degeneremus in Turcas citius, quā ut illos
 ad ouile Christi aggregemus. Qui quis considerat prae-
 ter Syriā ac Palestinā tot Graeciae regna, tot Asiae mi-
 noris prouincias, in quibus olim per apostolos praedica-
 tū est euangeliū, nunc propemodū desolatas esse, ac
 barbarorū tyrannide premi, qui fieri potest, ut non to-
 tis praecordijs indoleat, optetq; Christi nomē, quod
 nūcin angustū uidetur cōtractū per uniuersum terra-
 rū orbe, agnosci, celebrari, adorari, iuxta psalmum:
 Vniuersas

Vniuersas nationes uarijs linguis, sed cōcordibus in eo
 dē tēplo, hoc est in unitate ecclesiæ redēptori suo cane
 re gloriā? Nā beatus Paulus nobis spem bonā ostēdit,
 fore, ut aliquādo Iudeorū pertinaciissima natio ad idē
 ouile cōgregetur, ac nobiscū agnoscat unicū pastore
 Iesum. Quāto magis id sperandū de Turcis reliquisq;
 barbaris nationibus, quarū, ut audio, nulla colit idola,
 sed dimidiatū habēt Christianismum. Si totū orbē tam
 pauci discipuli potuerūt sub Christi iugū mittere, non
 alijs instructi præsidijs, quā fiducia erga deū, et gladio
 spiritus, quid ni nos idē auxiliāte Christo possimus, qui
 præter monarchas Christianos tot habemus theologiæ
 doctores, tot egregios præsules, tot cardinales, tot euā
 gelicæ perfectionis professores? Nō est abbreviata ma
 nus domini, nisi nos illius gratiæ defuerimus. Exitus to
 tius negocij pēdet ab illius nutu, qui dixit: Sine me nihil
 potestis facere. Illo protectore, unū fugient mille: illo
 auerso, nihil profuerit quāuis numerosa militū manus,
 nec belli, quālibet operosus apparatus. Ergo cū primis
 fixa in illo totius nostræ spei ancora, nihil uetuerit hu
 manorū cōsiliōrū rationes accedere: quæ sic adhibēdæ
 sunt, ut nihilo secius toti pendeamus à numinis æterni
 præsidijs: cuius fauorē frustra speramus nobis ad futu
 rū, si titulo quidē pro illo pugnemus, cæterū reuera ad
 uersus illius uoluntatē belligeremur. Vt autē intelli
 gamus, an uolente deo bellū suscipiatur, & an prospere
 cessurū sit, nihil necessum est prophetas acersere, nec
 ad exēplū Dauidis admoto Ephraim oraculum cōsulare,
 aut ad

DE BELLO TVRCICO.

aut ad exēplū Gedeonis triplex signū expetere. Iude-
 orū ac gētiū est exigere miracula, nō fideliū. Multo ue-
 rō minus oportet exēplo gentiū augures aut aruspicias
 adhibere. Nullū certius oraculū scripturis diuinis, nul-
 lū certius auguriū quā mēs sibi recti propositi cōsua.
 Si gladiū eximit tibi ē uagina publicæ trāquillitatis stu-
 diū, si fratrū oppressorū misericordia, si religiōis a-
 mor, si tota uictoriæ spes est in præsidio numinis, si re-
 ctus oculus nō aliō spectat quā ad Christi gloriam, ac
 Christiani gregis utilitatē, puta tibi diuinitus de propi-
 tiatorio respōsum, aggredere uinces. Sin scriptura di-
 uina reclamāt animo tuo, puta per angelū esse denūcia-
 tū ut quiescas. Si crudelitas, si proferendæ ditionis a-
 mor, si rapinæ cupiditas uocat ad arma, sato nullas
 aues uolare posse inauspiciores. Nā etiā si quid itera-
 dū feliciter cadere uidetur ijs qui talibus augurijs bel-
 lū suscipiūt, nō felicitas est, sed esca fallax in grauio-
 res illectās calamitates. Interdū hoc nostris debetur scē-
 leribus, & hominū erga deū diffidētiæ, ut multæ res
 certā promittāt uictoriā, quū diuinitus paretur extre-
 ma calamitas. Sic apud Homerū emittitur ὄυλος ὄντι-
 gos, qui Græcos uictoriæ spe ad arma cōcitatos in sum-
 mā cladē pertraxit. Sic in diuinis literis legitur spiritus
 domini mendax, qui per ora prophetarum oīm Achab
 regi Israël promitteret magnificā uictoriā, quū dñs il-
 li pararet exitiū. Nā in primo statim prælio uulneratus
 interiit, pœnas luēs nō audito Micheæ. Auditi sunt qua-
 dringēti prophete, uno spiritu mētientes, & contem-
 ptus est

E

ptus est

CONSULTATIO

ptus est Micheas solus uera prædicens. A talibus prophetis & nostris monarchis cauendū cēseo. Sūt enim qui ex anulis ac diuinationibus promittāt uictorias, sūt qui per indufia & gladios fortunatos, sunt qui ex uētriloquijs & astris, sunt qui ex humanis artibus præsidisue pollicētur successū: Tot sumus inquit numero, tantū habemus machinarū, his locis aggrediemur, sic & sic fallemus hostē: ad sit deus, nō ad sit, nostra est uictoria. Alij dē suggesto sacro clamāt: Itē prospere, tradet dominus hostes in manus uestras, cornibus ferreis uētilabitis eos, donec funditus deleatis uniuersos. Huīusmodi fortissimas uoces, interdū & uenales impune iactāt populi periculo, ipsi procul à telis domi se continent, & culinæ uētrisq; negotiū agūt. Tales olim fuisse quāplurimos belli præcones nimīū cōpertū est. Vtinā nunc eiusmodi nulli sint. Hic fortasse uidebor alieni cui suscepisse negotiū dehortādī à bello Turāco. Nequaquā, sed hoc ago potius, ut feliciter bellū cū illis geramus, uereq; speciosos triūphos Christo reportemus. Nā nihil aliud uoāferari, quā bellū in Turcas, in immanes beluas, in Ecclesiæ perduelliones, in gentē omnī scelerū ac flagitiorū genere cōtaminatā, quid aliud est quā imperitā multitudinē hostibus prodere? Quin ipse nō semel admiratus sum, quū de propinquo audiremus crebras Hūgarie clades, nuper Lodouici miserandū exitiū, Mariæ Reginæ tristissimā sortē: nūc præter occupatū Hūgarie regnū tā crudelē Austriæ uastatio nē, nostras regiones, atq; ipsam adeo Germaniā adeo frigere,

DE BELLO TVRCICO.

frigere, quasi quod geritur nihil ad nos attineat. Cōtrahimus manus et uoluptatibus ac nugis ipēdimus, quod tuēdis Christianis impendere grauamur. Neq; uerō me clā est, quid hic pleriq; causari soleāt. Toties per Pōtifiēs Romanos acta est hēc fabula, semp̄ ridiculus fuit exitus. Aut enim nihil profectū est, aut res cessit in deterius. Pecunia inquit collecta hēsit in manibus Pōtifiū, Cardinaliū, monachorū, ducū ac principū. Nā gregario militi stipēdij uicē relinquitur prēdādi licētia. Toties audiuius cruciatā expeditionē, recuperationē terrę sanctę, toties uidimus rubrā crucem triplici corona insignitā, cū rubro scrinio, toties audiuius sacrosanctas cōciones oīa pollicētes, toties acta pręclara, spes āplissimas, nec aliud triumphatū est, quā pecunia. Itaq; quū prouerbio moueamur, esse turpissimū bis ad eundē lapidē impingere, nos plus tricies falsi, qui possūmus fidere promissis quālibet sp̄lēdidis toties aperte delusi. Eadē res in totū propē alienauit animos hominū ab indulgētijs. Sensimus inquit meras esse nundinas. Subinde mutabatur titulus, Nunc erat res cum Turca, nūc Pōtifex bello premebatur, nūc erat Iubileū, quod duplicatū est, ut esset quęstus geminus: sub Alexādro etiā triplicatū est, quia forte pœnitebat nundinarum: nūc offerebatur potestas plusquā plenaria, & periclitabatur purgatoriū, ne prorsus nullū haberet incolam. Nūc ædificabatur tēplū diui Petri in Vaticano, Nunc esuriebat Iacobus Cōpostellanus, nūc s̄ctus sp̄ritus ille largitor omniū implorabat opē, nūc egebāt mona-

CONSULTATIO

chi in mōte Sinai, nūc offerebatur cōpositio clemētissī-
ma debētibus restitutionem, ac iustificatio bonorū male
partorū etiā ē tēplis spoliatis. Quid plura? Nullus erat
cōponendi modus aut finis. Pecuniæ partē secabāt prin-
cipes ut reciperēt diplōma pontificū, partē decani &
officiales, partē cōmissarij, partē qui præerant exomo-
logesibus. Alijs datū est aliquid ut loquerentur, alijs ut
silerēt: Nec minima pars peribat inter scelerosos, ut fe-
rē sunt ministros ac diplomatophoros. Hos inquit lu-
sus toties ac palā actos, & intellexit, & tulit crassus
Germaniæ, crassior Galliæ populus. Quū in Flandriā
occidentālē inundasset mare, totiꝫ regioni miserabile
spectaculū exhibuisset, mox præsto fuerunt indulgen-
tiæ quā maxime liberales: Causa mouebat omnes uehe-
mēter, nōnihil etiā autoritas Adriani nuper Pōtificis,
Collatū est affatū, ut ea pecunia miseris subueniretur.
Missi sunt delegati, qui locis in spectis renūciaret quid
quibus modis saraendū esset. Res picturis exhibita est.
Quonā dilapsa sit ea pecunia, nō est quur memorē, ær-
te nihil impēsum est in eū usum in quē fuerat collecta.
Hæc aliāq; permulta nobis occurrūt hodie, quoties sua-
demus ut omnes monarchis adsint aduersus Turcarū
seuitiā, & utinā haberemus quo liquido possimus de-
clarare uana omnia quæ prædicāt. Magnis studijs actū
est hoc negotiū olim à multis pōtificibus, et quod mirū
est ab ipso Bernardo, & monacho et sancto: nihil omī-
sum est à Bessarione, à Pio secūdo: genuit ea res mul-
tos ordines cruciferorū, designati sunt amplissimi pro-
uentus,

DE BELLO TVRCICO.

uentus, additæ dignitates. Quid profectū sit, ipsa res
 clamat. Leo decimus in hoc ipsū totis uiribus incubu-
 it, dimissis per omnes Christiānorū prouintias legatis
 Cardinalibus, nō quibuslibet, sed uiris apprime doctis:
 nusquā pronis auribus audita est legatio, quū Luthē-
 rus nondū scripsisset aduersus indulgētiās pōtifiās,
 nondū prodidisset articulū, aduersus Turcas bellige-
 rari nihil aliud esse, quā deo per illos uisitāti nos repu-
 gnare. Hæc eō cōmemorare uisum est, imò res ipsa cō-
 pellit, ne satis existimemus uociferari, in beluas Tur-
 cas, sed ut rationē ineamus, quā fieri possit ut post hæc
 si pugnādū est, felicius, quā hactenus factū est, pugne-
 mus cū Turcis, et animos hominū nō omnino nulla de
 causa auersos, ad officiū pietatis reuocemus. Nūc pro-
 prius urget nos mali uis, & habemus principes, nō mi-
 nus ditione præcellētes quā religionis studio præstan-
 tes, Carolū Imperatorē, & huius germanū regē Ferdi-
 nandū, ac iā tandē, utinā maturius foederatū Christiā-
 nissimū Galliarū regē Franciscū. Nec tū pro sua pieta-
 te, tum pro cognominis honore (Nā fidei catholicæ de-
 fensor dici meruit) defuturus est huic negotio, Inclū-
 tus Angliæ rex Henricus. Orandū est, atq; etiā speran-
 dum est fore, ut nostri misertus dñs Iesus uicario suo
 Clemēti VII. mentē inserat ipso dignā, eāq; confirmet
 ac bene fortunet, quam præ se ferre dicitur, & à bo-
 nis creditur. Quibus rationibus effici possit, ut prospe-
 re cedat bellū iā antea satis declarauimus, si primū o-
 mniū placemus irā domui, si pura rectaq; sit intētio.

ue. 5.

si tota fiducia sit in Christū, si sub illius uexillis pugne-
 mus, si ille triūphet in nobis, si dei nostri insis obtēpe-
 rates, ueluti sub illius oculis aggrediamur hostes. Nā si
 propter unius Achā furtū totus populus israel ī felici-
 ter pugnabat cū hostibus, qd nobis sperādū est, si scle-
 ribus onusti p milites scelerosos, qui uenale habētes ani-
 mā nihil nō flagitiōrū admittūt, dū prēdabundi pro-
 fici scuntur ad bellū, prēdabūdi redeunt, aliquāto im-
 miores in suos quā in hostes, qui scorta circūferunt,
 qui in tentorijs temulēti ludunt aleā, pētrāt, rixātur,
 ac pugnāt? Quos nō alia res elicit in bellū quā licētia
 peccādi et prēdę spes? Si uolumus deū propugnatorē,
 nec tales esse possumus quales erāt illi milites, quales
 sermone describit diuus Bernardus, de quibus ambigit utrū mo-
 niles tē nachos appellare debeat an milites, tanta erat et in mo-
 ribus integritas, & in prēlijs fortitudo: saltē animus
 uacet crimine, nec sub ipsius signis agētes dominū no-
 stris sceleribus prouocemus. Vt autē talis sit miles, mul-
 tū momētū est in ducibus, plurimā in monarchis, qui si
 spectent opes, ac latius regnandi dulcedinē potius quā
 cōmodū reip. ad quod de nostris, mea quidē sentētia, mi-
 nime suspicandū est, omnia nostra quāuis operosa mo-
 limina uergēt in infelicē exitū. Itē si pōtifex quod ab-
 sit, ita cogitet, proferā meū principatū, cre scēt ex no-
 uis Ecclesijs annate, cōstabiā regnū meū, Cardinales
 meos mihiq; iuratos urbibus ac prouincijs præficiā, &
 per hoc bellū ipsis imperabo monarchis, uereor ne ma-
 gno rei Christianę malo bellū hoc suscipiamus. Verū
 id ne

DE BELLO TVRCICO.

id ne fiat in nobis sitū est, nobis in manu est prepara-
re animos, et dñs dabit letū euentū. Porro si quis cras
 sior hac ceu delira rideat, etiā atq; etiā uideat, ne ride
 at ri sum Sardonii, nec recuso uideri ridicula loqui, nē
 si toties nobis cōflictatio cum Turcis cessit infelicitē.
 Et querimur nobis ī feliciter cadere quæ gerimus, quū
 sub titulo Christi hactenus negotiū egerimus satanæ,
 quū irato deo sumpserimus arma? Clamat per Esaia Esaia. 1.
 dñs, & clamat nobis quotidie, quibus illa scripta sūt:
 Auferte malū ab oculis meis, quiescite agere puerse,
 & discite bene facere, & uenite atq; arguite me. Pro
 mittit inestimabilia, minatur atrociam, nec pollicēs audi
 tur nec minitās. Beneficia dissimulamus, minas cōtēni
 mus, aduersus castigantē queruli sumus. De bellis que
 rimur, quū ipsi nobis bellū accersamus. Pacē sublatam
 cōploramus, quū pacis trāquillitate ad luxū ac uolupta
 tes abutamur, ac nec in pace pacē inter nos habeamus.
 Quiescētibus armis hostiū, feruēt intestine similitates,
 rixæ, lites ac seditiones. & cū nemo cadat in prælio,
 multi pereūt in iurgiis ac temulētia. Querimur terrā
 nō respōdere nostris uotis, quū nos tā male respōdeā
 mus iussis diuinis: obmurmuramus deo, qđ sterile scant
 agri, quū nos illi nihil gignamus præter folia spinas et
 zizania. Miramur assidue stillare cœlū quum tāta sit
 cordiū nostrorum siccitas, ut uix quisquā lacrymulā ex
 mittat pro cōmissis suis. Querimur de rerū penuria et
 ecaritate, quasi nō in quāuis ubere prouentu, per rapaci
 tātē, auaritiā, & monopoliorū artes, tū inopiā ipsi pa
 riamus.

CONSULTATIO

riamus, tū caritatē. Volemus minus solito nasci, quā
 ea quæ nata sunt nō præbeātur egentibus. Postremo de
 tot malis querimur, quā de bonis deo nō agamus grati-
 as: de malis querimur quasi male uiuēdo quicquā boni
 mereamur. Deploramus infelicitatē nostri seculi, quā
 in tot calamitatibus nobis uacet esse malis: quāq; nō si-
 ne causa quidā diuinent instare finē huius mūdi, tamē
 nō solū iungimus matrimonia, liata & illiata, quæ ad-
 modū in diebus Noë, uerūetiā epulamur, ambimus ho-
 nores, uenamur dignitates, extruimus, lōgo molimine
 captamus regna, latifundia latifundijs, ciuitates ciuita-
 tibus, ditiones ditionibus ueluti linū lino connectimus.
 Audiamus ergo uocē domini præcipientis, & ille au-
 diet uocē populi ad se clamātis. Si nos fecerimus quod
 ille iussit, nisi ille fecerit quod promissit, adeamus eū,
 expostulemus cū illo, nō reusat ita redargui, qui quæ-
 rit occasionē miserendi. Supereſt ut de reuocādis morta-
 liū animis dicā nōnihil. Equidē arbitror populū aliquā-
 to propensiorē fore ad hoc bellū, si cōspexerit per sū-
 mos ac legitimos monarchas, eosq; uere cōcordes susci-
 pi: quorū hac in re primū ius est Cæsari Carolo, cū su-
 is satrapis, proximū regi Christianissimo, tertium regi
 Ferdinādo, cui propius imminet illa barbaries, dein a-
 liorū principū. Nā si fas est uera loqui, huiusmodi ne-
 gotia per Card. Episcopos, Abbates, ac sacerdotes ge-
 ri, nec decorū est, nec cōsonū sacris literis, nec eccle-
 siasticis sanctionibus, deniq; nec hactenus unquā bene-
 fuerit. Haud enī scio quo pacto Mars iniquior est ui-
 ris sacra-

DE BELLO TVRCICO.

ris sacrationibus dicatis negotijs, & miles libētius pa-
ret ducibus prophanis quā sacris. Deniq; bellum habet
multa stratagemata, pro rebus præsensibus necessaria
magis quā honesta, quæ tolerabilius gerūtur per homi-
nes ab Euāgelicæ perfectionis professione alieniores.
Nā bellare res est necessitatis potius quā dignitatis, li-
cet hinc quondā omnes ferè dignitatū tituli nati uideā-
tur, Comitū, Ducū, Baronū, Marschalcorū, Lātgra-
uiorū. Hæc, uidelicet erant uel autoramēta uel solatia
sepe ob publicā tranquillitatē in uitæ discrimen expo-
nentiu: sed quicquid eiusmodi titulorū est aut munerū,
etiā si regū addas, longe est infra dignitatē eorū qui
in Christi uices suæsserūt. Quāquā et illi uicissim pri-
cipibus debent honorē & obsequiū, suū munus obeū-
tibus. Veniā dabit uera loquenti principū æquitas, qui
ferè solum pontificē agnoscunt quū ipsis est cōmodū.
Vite merita solus iudicat deus: ceterū quod ad ordinē
politicū attinet, nullus est episcopus tā humilis, quin sit
quouis monarcha sublimior, functionis dignitate. Am-
brosius urbis unius erat episcopus, huic se submisit
Theodosius nō uenali titulo Imperator, sed tā late impe-
rans princeps. Christus nūquā bellasse legitur, sed tra-
didit nobis cœlestē philosophiā, ostendit uia ad immor-
talitatē, docuit errātes, redarguit incredulos, consola-
tus est pusillanimes, fouit imbecilles, studuit quāpluri-
mos patri lucrifacere, beneficijs deuinxit & dignos et
indignos, sanauit omne morborū genus. Hæc est uere
sublimis regiaq; functio, ad quā si cōferas omnia mili-
E tarium

tatiū dignitatū munia, plebeia sunt ac seruilia. Nō ele-
 uo principibus debitū honorē, quē agnoscit et Paulus,
 sed ordinē indico. Et tamen nescio quomodo sit, ut ple-
 riq; quod honorificentius est negligāt, quodq; humilius
 est affectent, quū nemo tā stultus sit, ut si gemmas et
 aurū habeat his fastiditis plūbo ferrōue magis delecte-
 tur. Quā male coherent illa uocabula, Cardinalis stra-
 tēgus, Episcopus dux, Abbās comes, sacerdos Cēturio.
 Perinde quasi statuā ostendas semigenimeā ac semilu-
 teā, aut centaurū ex homine et equo mixtū. Nō sua se-
 rim ut cuiquā per uim ac tumultum, quod possidet adi-
 matur, sed si dominus hanc mentē impertiret Ecclesiæ
 ministris, ut spōte ditionē mūdā abijcerēt, nihilo pe-
 ius haberet religio Christiana, mea quidē sententia, et
 ipsis nō paulo plus accederet tū quietis, tum dignitatis.
 X. Tantum census æquū esset illis relinqui, quantū ad ho-
 nestā mundiciā atque etiā dignitatē sufficeret. Auctori-
 tatē adderet morū integritas ac doctrinæ sacræ præ-
 minentia. In hoc tantū adessent principibus, ut si quan-
 do per insatiā, aut irā, ambitionēue tēderent in tyrā-
 nidē, salubribus ac paternis monitis eos reuocarent in
 uia. Eos uerō qui loco proxime ad Christū accedūt, or-
 portebat ab his crassioribus functionibus esse purissi-
 mos. Apud Britannos summa est dignitas ecclesiastico-
 rū ac census opimi. Nec ibi tamē quisquā est episcopus
 aut abbas, qui micā habet prophane ditionis, aut arces,
 aut bōbardas, aut satellitiū: neq; qui squā monetam au-
 dit, præter unū Archiepiscopū Cātuariensē, idq; dū-
 taxat

taxat honoris gratia : hoc dignitatis illi promeruit mors diui Thomæ Acrensis. Nunquā tamē bellias negotijs implicatur, sed ecclesiarū curā gerit. At uereor ne hæc in alijs optare liceat magis quā sperare. Nec expedit quicquā tentare per tumultū. Minus itaq; diffidet populus, si uiderit legitimorū monarcharū cōcordibus animis rem geri, si magna pecuniarū pars cōmittatur præcipuis ciuitatibus, ut ubi res urgeat tum exhibeātur in usum præsentē. Si uitetur oīs suspicio, nec hoc prætextu capietur occasio premēdi libertatē ac iura ciuitatū, aut regū principūue Christianorū: si quantū fieri potest seruetur immunitas ecclesiarū, ne fiat, ut dū sinistris cōsilijs quietem nobis molimur à Turcis, ciuilibus bellis uniuersam ditionē Christianā cōcutiamus, et dū Turcarū tyrannidē demolimur, in nos ipsos plusquā Turcā tyrannidē accersamus. Quanquā autē sine pecunijs nullū omnino bellū geri queat, nedū hoc omnium grauissimū, tamē ita moderandæ sunt exactiōes, ut tenui populo sit unde uiuat. Meminerint principes quāto pere multis iā annis bellis, spōsalibus, inaugurationibus, peregrinationibus, exactiōibus precarijs et nō precarijs, monopolijs, monetæ mutadis et stimulationibus, alijsq; titulis cōpluribus, sit attenuatus populus, exhausta ciuitatū æraria quātū laboretur etiānum rerum necessariarū tū iopia, tū penuria. Quadruplo emēdū est si quid uelis. Quis autē ne sat quā seditiosa res sit famēs ac sitis? Expertus est hoc olim Moyses. Et hactenus uidimus totā ferē molem exactiōum redisse ad

CONSULTATIO

agricolas ac tenuē plebeculā. Iā quosdā audio uocifera-
 ri, spolientur abbates opulenti, indocti, & luxu perdi-
 ti, spolientur episcopi regias opes male prodigentes,
 spoliētur canonici sacerdotes onusti, & interim genio
 seruiētes. O uoces seditiosas. Quin eadem opera cla-
 māt, spolientur omnes diuites, spolientur magistratus
 ac proceres? Sunt enim & inter hos qui suas opes aut
 male seruāt, aut deterius profundunt. Non omnes epi-
 scopitales sūt, & aliquos episcopos omnino esse oportet,
 quēadmodū et magistratus oportet esse. Atqui exē-
 pliū spoliādi malos, fenestrā aperit ad spoliādos quos-
 libet. Aequius est ne probi ledantur, improbis ignoscere,
 quā dum dignis afficiuntur mali, boni indigna pati-
 antur: ut ne cōmemorē quod sepe fallit populum ni-
 mis prona in malā partem suspitio, & quorū intolerabi-
 lis est improbitas legitimis rationibus possit corrigi:
 atq; in totū pauciores erunt mali, si deligantur boni.
 Postremo nō magni retulerit, si male profundentibus
 eripiāt sceleratius profusuri. Vetus est huleus militari-
 um ac plebeiorū inuidia aduersus ocīū & opes sacer-
 dotū, cui si principes subministrent occasionē, nihil ali-
 ud quā oleū camino addiderint. Bellatur, inquiūt, pro
 religione Christiana, par est illos potissimū impedere.
 Quid ego audio, principes & populus alieni sunt à re-
 ligione Christiana? An nō hoc præcipue nomine princi-
 pes suscipiūt principatū, ut Christianæ religionis tran-
 quillitatem tueantur? Quod si faciunt, quid aliud præ-
 stāt, quā quod iureiurādo professi sunt? Ac populus
 dum ar-

dum arma capit, quid aliud præstat quàm quod sine nefario scelere non poterat omittere? Pugnamus, inquit, pro ociosis: imò pro uobis ipsis pugnat, dū pro cōiugibus ac liberis, dum pro aris ac focis, ut aiūt, pro templis ac templorū ministris bellū geritis. Nec illi sūt ociosi, habent functionē suā, orant, docent, consolantur, admonent, tractāt mysteria, interpellant deū pro sceleribus populi, impetrāt suis precibus uestris armis uictoriā. Fateamur illos esse ociosos, si Moses ociosus erat quū pugnantibus aduersus Amalechitas Hebræis, nihil aliud quā precabatur dominū. Magis præliabatur huius deprecatio, quā illorū arma. Oculi prospiciunt toti corpori, manus laborāt toti corpori, stomachus concoquit toti corpori, ac sibi seruiunt dū singula mēbra seruiunt toti corpori. Hæc eò dixerim, ut si uiris ecclesiasticis immunitas omnino seruari non potest, moderata sit exactio: quanquā iniquum non est, ut qui feuda possidēt, pro sua portione cōferant, & qui participes esse uoluerūt honoris, oneris quoq; partē ferāt. Ut autem citra magnum populi grauamen pecuniæ suppetant in bellum, hac ratione fieri potest, si principes impendia superuacanea rescant: id si fecerint, uidebunt quantum uectigal accrescat ansibus. Quis enim digne recenscat, quantum illis pereat in pompis, in largitionibus, in cōuiujs, in ambitiosis legationibus, in lusibus & alea? Si sanctū ac piū existimāt belligerari contra Turcas, quā eleemosynā præstare ualeant deo gratiorē, quā si suam uectigal augeāt par-

Exod. 17

simonia, et quod de strepitu detraxerint, impēdatur pie-
 tati: Quod de principibus loquor, idē de diuitibus qui-
 buslibet sentiendum est. Bis gratū erit deo, si quod pie-
tati impenditur, uicijs detrahatur. Hac ratione fiet, ut
 nemo largiendo fiat pauperior, & uirtutis accēssione
 fiat opulentior. Minuet & illud populi diffidentiam, si
 quod decretum fuerit maturetur. Haecenus in colligen-
 dis pecunijs adhibita est celeritas, in negoāo peragen-
 do mira fuit cōtatio, ne dicā cessatio. Superest ut pau-
 cis respondeamus his qui dictitant hoc bellum non per-
 tinere ad religionem Christianam, sed de regno Vnga-
x rie tantum decertari inter duos principes, quorum al-
 teri Turca tulerit suppetias, sed accersitus: cui non ob
 aliud fauet nisi quod horret tam potentem uicinum, cui-
 ius ditio uideatur indies accrescere, tum qui fratrem ha-
 beat, cuius potentia Christianis etiam principibus for-
 midini est. Consultius, inquiunt, fuerat, regnū illud cū
 Ioanne partiri, aut in totum etiā cedere, quā tam potē-
 tem tamq; sanguinariā gentem in Christianos irritare.
Non enim semper urgendum est ius, sed interdum uidē-
dum quid expediat, interdum de iure tuo concedere,
 maximum est lucrum. Ne dolo dicam, cessionem ipse
 sua surus eram, si serio fuisset in consilium adhibitus,
 at non dubito quin singulari tum prudentia, tum pieta-
 te prædito regi Ferdinando, hac in re satis constet sui
 cōsiliij ratio. Nec nostrū est de parū cognitis ferre sen-
 tentiam. Verum illud expendant isti, num equum exis-
 stiment, ut posthac arbitrio Turcarum reges habeas-
 mus aut

DE BELLO TURCICO.

ritus aut non habeamus, mox ^{*}et episcopos ex illorum
 commodo accepturi. Quid porro si deus uidēs illorum
 immanitatem ad extremum deuenisse, hanc immisit oc-
 casionem finiendæ tandem nunquā satiata illius rapa-
 citatis? Et si nos quiescamus, nū arbitramur illū quie- x
 turum, qui nunquam cessauit suæ ditionis proferre po-
 meria? Iam obscurum non est, quin aliquot principi-
 bus suspecta sit tanta Cæsaris potentia, nuper etiam
 Gallis deuictis aucta, præsertim quū nō ignorent, quā
 nesciat sibi præscribere terminos regnandi dulcedo,
 sed hunc metum facile excludet potentia maior optimi
 Cæsaris lenitas et humanitas. Exaudiūtur interim et
 aliorum uoces abhominandæ, qui iactant esse tolerabi-
 lius agere Christianos sub imperio Turcarum, quā x
 sub Christianis principibus, ac sub pontifice Romano.
 Hoc genus homines si modo loquuntur ex animo, aut
 prorsus non intelligunt quid sit uiuere sub Turcarum
 imperio, aut ipsi gerunt Turcicos animos, ac pœnitent
 eos Christianæ professionis. Scythæ et Ichthyophagi
 non ferebant iugum Romanæ ditionis, et nos optabi-
 mus colla submittere iugo Turcarum? Hic exaggeret
 quantum uelint quorundam principum seueritatem, ra-
 pacitatem, ac uiolentiam, quota portio fuerit ad Tur-
 carū immanitatē? Quis enim est paulo generosioris a-
 nimi, qui non malit in acie oppetere, quā sub illis bar-
 baris indignam pati seruitutem? Meliore conditione
 sunt apud nos Iudæi, quā apud illos Christiani, quos
 non habent pro hominibus, sed pro iumentis. Pueros ac
 senes

senes trucidant, adolescentes ac puellas laboribus ap-
 tas ac libidini, abigunt, ab actas diuersim spargunt, &
 si quid forte coalescentes contraxerint rei, rapit quod
 collectum est, & ipsos alium alio dispergit. Si quis au-
 sit aduersus illius mutire leges, diris supplicijs exani-
 matur. Si quis Christi nomen abneget, ita demum fit
 satrapas. Abiectissimi mancipij capillos in corde ge-
 stet oportet, qui tam diram tamque foedam optet ser-
 uire seruitutem. Quid autem dicam de politia? Quæ le-
 gum æquitas apud illos? Quicquid tyranno placuit,
 lex est. Quæ senatus autoritas? Quæ philosophia lo-
 cum illic habet? Quæ Theologorum scholæ. Quæ sa-
 cra conciones? Quæ religionis sinceritas? Sectam ha-
 bent ex Iudaismo, Christianismo, Paganismo & A-
 rianorum hæresi commixtam: Agnoscunt Christum ut
 unum quempiam ex prophetis. Idem faciunt Iudæi,
 sed hominem tantum fuisse prædicant, quod detesta-
 bilius est Arianorum dogmate, qui Christum Deum
 esse profitebantur, & magnum quidem Deum, sed ue-
 rum Deum ac naturam Deum negabant, quod existima-
 rent nullam creaturam esse naturam Deum. Quid quod
 pestilentem ac scelerosum hominem Machumetem Chri-
 sto, in cuius nomine flectitur omne genus coelestium,
 terrestrium, & infernorum, præferunt? Quis non
 prius habeat in extremis solitudinibus inter lynces,
 lupos, leopardos, ac serpentes uiuere, quam inter tales
 ubi quotidie sint audiendæ detestabiles in Christum
 blasphemæ,

blasphemie, ad quas arridere summa sit impietas, ob
 cæcere cruciatus morte tristior, cōtradicere certa mors,
 nec ea simplex? Procul absit ab animis Christum dila
 gentium ista cogitatio. Si quos fatalis neccitas in eam
 coniecit calamitatem, ut ferendū sit Turcæ immanita
 tis iugum, sit hoc extreme tolerantie, foris seruire bar
 baris, intus Christum seruare in pectore. Tum demum
 exemplo Israëuitarum qui Pharaoni in luto & latere
 seruebant, clament ad dominum, imitentur beatum
 Loth, qui in Sodomis agens quotidie discruciabatur
 animo, uidens & audiens abominanda ciuitatis illius
 scelera: imitentur Hebræos sedentes ac flentes super
 flumina Babylonis, quod non liceret cantare cantica do
 mino in Sion, quod tantum licet psallant domino in cor
 dibus suis. Imitentur Danielelem, ieiunijs ac precibus assi
 duis sollicitantem aures numinis, ut populum suum exi
 mat e miserando exilio. Rursus sunt qui putant Tur
 cam esse potentio rem, quàm ut læsitus opprimi pos
 sit, etiam si tota ditio Christianorum uires suas & opes
 in unum conferat, cum hydra nobis rem fore, non se
 ptem, sed innumerabilium capitum. Etiam si decem con
 fluctibus fuerit concisus, non deerunt milites per quos
 bellum instauret. Adde quòd bellare quemadmodum
 illi bellant faëllimum est, exurunt, trucidant, uastant
 omnia & fugiunt. Exiguus grex deploratus potest in
 gentes edere clades. At sic bellare Christianorum non
 est. Hoc ergo bellum inquiunt, quoniam uno atq; alte
 ro prelio confici non potest, si duret annos aliquot, ut

G

feliciter

Comp 2

a Tur

Cypriis

CONSULTATIO

felicius cedat, tamen exhauriet omnes opes Christiano-
 rum, absumet fortissimos quosq; duces. Quod si uictoria
 nobis tot orbitatibus, uiduitatibus, ac luctibus consta-
 bit, quid futurum est si uictoria sit ab hostibus? Sed de-
 mus inquit, omnia & celeriter & feliciter cadere
 ex animi nostri sententia, fingamus nostris armis ocu-
 patum quicquid usq; Turcæ possidet, quibus præsidij tot
 regiones tuebimur? Nisi forte quis uniuersas illas na-
 tiones internecione delendas censerit. Si uictis parcia-
 tur, haud dubie molientur rebellionē, & si quicquid est
 illic hominum protriuerimus, an quiescent uicini? Nā
 habet ille fœderatos aliquot. In singulis igitur regioni-
 bus collocabimus præsidia, addemus præfectos donec
 assuerint nostro imperio? Quibus eas præfecturas de-
 legabimus? Ignauis & improbis? Res in deterius rela-
 betur. Cordatis ac strennuis? Nos ipsos necessarijs du-
 cibz spoliabimus, nostræq; opes eò demigrabunt. His
 ita respondendum arbitror, nec mihi placere bellū ad-
 uersus Turcas, nisi huc adigat inuitabilis necessitas. Fa-
 teorq; uix sperandū esse uictoriā, nisi dominus à nobis
 steterit, quem si studuerimus habere propitiū, etiā si cē-
 tum congregiamur cum decē millibus, nostra est uictoria.
 Id uerò frustra nobis pollicemur, nisi per uniuersum
 orbē Christianū prædat uniuersalis & insignis
 uitæ correctio. Tot sunt Christiani, qui dira necessitate
 premuntur iugo Turcarū, & probabile est inter Tur-
 cas non paucos esse quos piget barbaricæ tyrannidis:
 hi se facile committent fidei nostræ, si uiderint paratū
mitius

DE BELLO TVRCICO

mitius imperiū. Nā si seruitus seruitute mutanda est, le-
uius fertur cui assueuimus. Porro qđ quidā queruntur
Christianos aliquot principes intolerabili iugo preme-
re suos, & indies aliquid addere sarcinæ ut iam olim
Turcicā tyrannidē moliri uideātur, quēadmodum non
omnino uanū est, ita optarim prorsus absq; causa dici.
Maiores narrant nobis quis rerū status fuerit ante an-
nos septuaginta, quē si cōferas cū his æ tēporibus, in-
credibile dictū, quantum decesserit libertati populi, ci-
uitatū autoritati, maiestati senatū, ordinis Ecclesiasti-
ci reuerentiæ: Cōtrā, quantū accreuerit principū po-
tentie, quantū exactionibus, in summa quantū additū
illi nimis iactato, qđ principi placuit lex est. Hæc etiam
si non narrent natu grandiores ex annalibus & actis
non ita uetustis abunde liquet. Non accuso principes,
fortassis hoc nostra meruit intractabilitas, ut iugo du-
riore premeremur. Grauior est querela de proceribus
Ecclesiasticis, præcipue de his qui Romani pontificis
negocia procurant. Quorum gesta si quis conserat cum
his quæ ueterū annalibus & pontificū decretis prodi-
ta sunt, immane quantū reperiet discrimen. Quod si
dominus dignetur his immittere mentem, honoribus,
quæstu, uoluptatibus mundanis superiorē, patribus se-
multi libenter submitterent, quos nunc quidā horrent
ut tyrannos ac prædones. Quorum aīos ut ab hac su-
spitione reuocemus, expedit ut ecclesiæ primates ab oī
specie luxus, ambitionis, auaritiæ, ac tyrannidis semet
abducant. Multum increuit numerus Cardinaliū, qua-

*Cardin
um.*

CONSULTATIO

*dina
quare
i?*

de re uetus iam est hoīm querimonia, quibus si sum-
mus pontifex ut galerum purpureum mittit, ita possit
et mentem Christo dignam immittere, profecto gratus
landum esset ecclesie. Nā ideo dicti sunt Cardinales,
quod sanctimonia morū, qđ eruditione sacra, qđ zelo
Christiana pietatis præ cæteris fulciant domū Dei. De-
betur quidem egregia uirtuti sua dignitas, et ad per-
suadendū momenti nō parū habet autoritas, modo ad-
sit Christiana syncretitas. Quales inter illos esse nonnul-
los sperandū est, et fieri potest, ut dominus populi uo-
tis permotus tales reddat omnes, sed querelis hoīm his
turbulentissimis tēpibus expedit mederi. Obmurmurāt ī
magno uenale titulū, quū alioqui tot Episcopos, Archie-
piscopos et Abbates opulētissimos habeat mūdus, que-
rūtur quicquid habet Card. in ius pōtificis cadere, Tria-
das ac tetradas Episcopōn ac Abbatiarum, sacerdotio
rū turbā, alendæ Cardinalitiæ dignitati concedi: socios
esse regum, et aliquanto regibus haberi uelle superio-
res, eoq; quosdam ex his regum strepitum pro uiribus
emulari, ne dicam præire. Nonnulli uerentur ne ab his
exordijs cō proficiant tandem, ut si pietatē superet am-
bitio, ex socijs regū fiant reges, deniq; et regū domi-
ni. His si quis respondeat, quid hoc mali est, si tantum
dignitatis accedat ecclesie, protinus in os nobis reci-
nunt, satis ō præclari satis dominorū ac satraparum
habet orbis Christianus, etiā si nō conduplicentur prin-
cipū ordines: patribus opus est, patres desiderat Chri-
sti grex, patrū ubiq; magna est penuria. Iam qui sunt
lingua

lingua petulantiore, uitā quoq; nō uerentur ināssere,
 idq; præter doctrinam scripturæ diuinæ, quæ uetat in
 principem populi dicere conuiciū. Hic quum in cate
 ris illis obturamus os, alia refellentes, alia in partem
 meliōrē interpretantes, non proferimus inquit ar
 chana, non calumniāmur ambigua, Quæ mundo nota
sunt dissimulari non possunt: Luxum inquit ac stre
 pitum ipsi nobis ostentant. Ex his uidimus schismatum
 autores, uidimus alios exutos dignitate, alios opibus
 multatos, complures coniectos in carcerem, nonnullos
 actos in exilium, quosdā etiā capitis affectos supplicio.
 Non deest quod huiusmodi maledicentiæ respōdeatur,
 sed tamen haberemus aīos multitudinis lōge propensio
 res & ad conferendā pecuniam, & præstandam ope- x
 rā, si primates ecclesiæ dignitatē suā contraherent ad
 Christianam modestiam. Quin potius hoc agamus oēs
 summates pariter & infimates ac medioximi, ut quic
 quid inuisum est oculis Dei, à nostris auferamus &
 cordibus & moribus. Etenim si apud Esaiā auersa
 tur uictimas eorū quorum manus plenæ erant sangui
 nis, multo magis auersabitur bella nostra, si uicijs onu
 stiores q̄ armis rē aggrediamur. Hæc cōspectant, ut si
 irato Deo bellum cum Turcis suscipiamus, nihil expe
 ctemus, nisi luctuosum exitū, & oīm rerum miseran
 dā confusionem: sin quod neāsse est, uitam nostrā cor
 rigimus, ut Dei misericordiā nobis cōciliemus, à prin
 cipibus exordindum est. Nam ut in populo nemo sit
 malus, uix sperandum est, licet uehementer optandum.

CONSULTATIO

Ne refert quidem perinde, qualis sit miles gregarius, si monarchæ duæq; in bonū consentiant. Quod ut dominiū efficiere dignetur communibus oīū asiduis precibus uotisq; flagitandum est. Iam sunt nonnulli, qui suspiciantur hoc obliquis artibus agere principes, ut Turcæ belli prætextu, expilatis ciuitatibus agricolis & plebe, oppressis legibus, extincta rerum publicarum libertate, submoti senatū autoritate, protrita ordinis Ecclesiasticæ religione, paucorum libidine res administratur, & armis uerius q̄ honestis rationibus agantur oīa, quemadmodum sit apud Turcæ. Ita q; futurum, ut quæ admodum Octauius, Lepidus & Antonius iunctis copijs oppresserunt libertatem po. Ro. ita post fictos tumultus icto fœdere prodant ditionem Christianam Pōtifex, Cæsar & Turcæ. Has impias ac seditiosas suspensiones procul reiiciendas ac detestandas censeo. Mihi lōge meliora pollicetur & Clemens ingenium, & Cæsaris pietas, & Ferdinandi regis integritas, & Christianissimi regis humanitas, & Germanorum principum fides. Terret nonnullos uniuersalis monarchiæ uocabulum, quo uidentur spectare quidam. Vt oīa inquirunt teneamus quæ Turcæ possidet, si consulas Geographorum tabulas, quantulū est hoc præ his quæ supersunt, aut quando sperandus bellorum finis? Ea res male æssit Alexandro, nec contigit quod affectauit: magno cōstitit Romanis, nec his cōtigit, quod tanto molimine ambiebant. Optima quidē est monarchia, si princeps detur Deo similis, uerum ut sunt hominum mores, tutissima
sunt

DE BELLO TVRCICO.

Sunt moderata imperia, Christianis foederibus inter se
cōnexa. Alij metuunt ne quæ nobis ueniunt è Turcarū
 regionibus pluris sint emenda quàm nunc emuntur:
 Obijciunt de saaxo quod nunc quadruplo pluris emi-
 tur idq; corruptius, ac periculum esse putant, ne idem
 accadat in cæteris omnibus. Sed hoc quoq; non dubito,
 quin Cæsaris equitati sit curæ futurum. Nec enim par
 est ut impendia grauent omnes, cōpendia redeant ad
 paucos. Hic urget aliquis, quid inquiring agis hoc tā
 prolixo sermone? Dic exerte, ænses bellandum an nō?
 Si mihi loquutus esset dominus, pronūciarem expedire,
 nunc quid optem procliue est dicere, quid futurū sit
 non item: attamen nec præscius euentus, nec satis co-
 gnitas habens negotij circumstantias, monarcharū pru-
 dentie materiā supposito uigilantius super hac re deli-
 berandi. Nec bellum dissuadeo, sed ut feliciter & su-
 scipiatur & geratur ago pro mea quidem uirili. Quē
 enim negocium ordiamur oīm periculosissimū, aut in
 summum orbis Christiani malum exeat oportet, aut
 summam adferat felicitatem. Quid, feremus igitur im-
 pune quæ Turcarum immanitas in nos & fecit tot se-
 culis, & facit, & facturam minatur? Durum quidem
 fateor, sed hoc tamen quamuis durum ferre præstat,
 si ita uisum est domino, q̄ nobis panolethriam accersere.
 Illud in primis erat optabile, si liceat Turcarum di-
 ctiones, ita subigere quemadmodū apostoli auctas mū-
 di nationes subegerunt imperatori Christo: proximum
 esto uotum, sub armis hoc potissimum agere, ut se ui-
 ctos

CONSULTATIO

Etos esse gaudeant. Ad id præcipue cõducet si uiderint
 Christianismum non esse uerba, sed in nobis conspexe
rint animos ac mores Euangelio dignos. Tum si mittan-
 tur in messem integri præcones, qui non querant quæ
 sua sunt, sed quæ Iesu Christi. Postremo si qui nondum
 possunt allici, sinantur aliquandiu suis uiuere legibus,
 donec paulatim nobiscum coalescant. Sic olim impera-
 tores Christiani paulatim aboleuerunt paganismum.
 Initio patiebantur illos æquo cum nostratibus iure ui-
 uere, sic ut neutri alteris facerent negocium. Dein-
 de templis idololatrarum ademerunt sua priuilegia. Po-
 stremo uictimas ab illis immolari palàm uetuerunt,
 mox omnem simulachrorum cultum submouerunt. Ita
sensim inualescente nostra religione paganismus extin-
ctus est, et Christi Trophæa mundum uniuersum occu-
parunt. Hæc ex nostris literis, quibus non optime cum
 bello conuenit, ad te scribere uisum est uir clarissime,
 quò tuum prouocarem ingenium, ut ex legum ora-
 culis in quibus tu præcipuam laudem obtines, nobis meliora
 proferas. Quod ut facias te etiam atq; etiam rogo. Rẽ
 facies non alienam à Rinckorum cognomine, quorũ
 hæc omnium consensu præcipua laus semper fuit, qđ
 uniũ studio habuerint habeantq; de Repub. quàm opti-
 me mereri. Dominus Iesus te cum tibi charissimis ser-
 uet incolumem amicæ incomparabilis. Datũ apud Fri-
 burgum Brisgoie. XVII. die Martij. Anno à Christo
 nato, M. D. XXX.

F I N I S.

DES.